

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulæ Caesareæ potissimum instructa, & aliunde aucta, quæ a prima ætate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicæ Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicæ Gentis Principes, Lineæ Hispano-Austriacæ, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)



Tab.  
XXXVIII.

haberet ALBERTUM, pro eo, quo tenebatur, Religionis suæ ardore: tanto maior eius spes fuit, fore, ut electo postmodum MATTHIA Imperatore, vincant tandem Catholici Aquisgranenses, alterius autem factionis cives opprimantur. Atque ita evenit. *Ita fere D. V. L. loc. cit. pag. 90.*

XXXVIII.

Antica huius calculi pars eadem, quæ num. xxxvi. Additur tamen annus æræ Christianæ 1614.

Palma ramus circulo inclusus, quem serpens format, caudam ore tenens, cum perigraphæ: IMPERIO ET. OBSEQVIO.

Rebus Catholicorum Aquisgranensium a Duce *Bipontino*, ut diximus, afflictis, Summus Pontifex, & Rex Hispaniæ succurrendum rati, novam a neo - electo Imperatore MATTHIA Protestantium proscriptionem impetrarunt. Eius rei negotium cum ALBERTO & FERDINANDO *Bavaro* Leodiensi Episcopo denuo datum esset, missus est e Belgio cum triginta millibus virorum Dux SPINOLA, qui castris ad urbem admotis, præsidium, quod in ea erat, Brandenburgicum, atque una cives Protestantes ita terruit, ut secunda post obsidionem die, sese sine sanguinis effusione dederent, atque imperata Cæsaris facturos sponderent. Itaque urbe potitus, res eorum composuit, Protestantibusque magistratu abire iussis, Catholicos, ut imperatum erat, substituit.

Docet ergo calculus æter-  
TOM. II. P. I.

(a) Merc. Franc. 1614. Tome III. p. 525. Le VASSOR hist. de LOUIS XIII.

nam pacem *obsequio* Archiducum, quo nempe voluntatem & iussa Cæsaris exequuti sunt, *imperio*, quo nimirum copias suas in expeditionem duci iusserat, Aquisgrani conciliatam fuisse (a). *Ib. p. 92.*

PROLES  
PHILIP-  
PI II.

a

XXXIX.

ELISABETA. D. ei G. *ratia* INF. ans HISP. *ania* D. ux BVR. *gundia* BRA. *bantiaque* CO. *mes* FL. *andria* HOL. *landia* ZE. *landia*. Effigies ISABELLÆ ut num. XIII.

Tab.  
XXXIX.

In postica monogramma nominum ALBERTI & ISABELLÆ, corona, cui avis Indica superimposita, tectum, medium inter duas manuballistas representatur. Subtus S. GEORGIUS Societatis, de qua mox dicemus, patronus, cum suis attributis cernitur. In area hinc inde epocha Christiana 1615.

Cum anno 1615. Sagittariorum societas, quæ pro meta avem Indicam, *Psitacum* vocant, ex cupro fabrefactam, secundum veterem consuetudinem conveniret; quo ad eandem metam sagittis iacularentur: atque eo ISABELLAM quoque cum marito invitassent: contigit, ut ea ipsa, tenso arcu, avem tangeret (b). Quo facto omnium plausu excepta, *Regina Societatis* pro more creata fuit, splendidis vestibus & muneribus eandem donans. Hic vero nummus ad posteros propagavit factum inexpectatum.

b

Cæterum animadvertere hic oportet, ISABELLAM in hoc nummo *Hollandiæ & Zelandiæ*

A a 2 titu

T. I. p. 571. citante D. VAN LOON.  
(b) Er. PUTEANI *Bruxella* sept. fol. 76.



PROLES  
PHILIP-  
PI II.

titulo denuo uti, cum tamen, ut ad num. xxxii. observavimus inter primarias induciarum leges sibi postulaverint Fœderati, ut deinceps ab eiusmodi titulo abstineretur, id quod etiam in reliquis Archiducum nummis sancte servatum est. Quare suspicio mihi oboritur, adversam ante dictas inducias, alia occasione fabricatam, huic postea averfæ denuo applicatam fuisse. *Ib. p. 93.*

## XL.

Adversa ob oculos ponit ALBERTUM ET ISABELLAM a fronte, Augusto folio infidentes. Ille armatus & pallio amictus, coronam Archiducalem in capite, & supra pectus torquem aurei velleris gestans, dextra gladium districtum tenet, sinistra in sinum reposita. Hæc a sinistris, tunicata, ac simili corona tecta, & insuper pallio etiam induta, dextra gladium tenet, sinistra demissa. Inferius nota chronologica 1617. legitur, & in ambitu: ALBERTVS. ET. ELISABET. *ha* DEI: GRATIA. ARCHIDVCES A, quæ ultima littera in KOEHLERII exemplo (a) haud observatur, & hic procul dubio abundat. Neque enim A. *ustria* legi potest, ut patet ex continuatione titulorum in parte

Aversa: AVSTRIÆ DVCES BVRGVNDIÆ. ET DOM. *ini* TOR. *aci* z. (*cetera*). Scutum Archiducum coronatum, & torque aurei velleris circumdatum, quo modo sæpius iam occurrit.

Ambo Archiducum in hoc nummo cum insignibus imperii,

(a) M. B. L. in Frontispicio P. VIII.

ac supræmæ potestatis sistuntur; eo quod provincias communi nomine, & æquali potestate gubernaverint. Tab. XXXIX.

Similem fere nummum aureum *pond. i. duc.* vidi in museo BUOLIANO cum hac ipsa epigraphe: ALBERTVS ET ELISABET. *ha* ARCH. *iduces* AVST. *ria* DVCE. s BVRG. *undia* DOM. *ini* TOR. *naci* z. Ambo tamen Principes stant erecti, & in averfa, supra pileum Archiducum, notata est æra Christi: 1616. *M. Imp. aur. pond. 3. duc. cum parte octava.*

## XLI.

ALBERTVS. ET. ELISABET. *ha* DEI. GRATIA. *Crux Burgundica* per ignitabulum immissa, unde vellus aureum dependet. In superiori eius angulo pileus Archiducalis cernitur & ab utroque latere monogrammata Archiducum, singulis coronis trium foliorum, contacta.

In averfa continuantur tituli: ARCHID. *uces* AVST. *ria* DVCES. BVRG. *undia* BRAB. *antia* zc. 1618. Scutum Principum pileo Archiducali tectum, ut num. præcedenti. Est hic ex eo genere nummorum uncialium, quibus nomen *Ducatons*, id est, *Ducati* minores, seu argentei, inditum.

Similem fere nummum reperies in collectione *Grossorum* (b), *Antverpia* pariter cufum, sed omiffa æra Christi. Sigla porro A & E non sunt iunctæ, sed separata. Abest quoque ignitabulum. *M. S. B. ar. pond. i. unc. Mell. syll. numm. p. 171.*

## XLII.

(b) Locul. 11. p. 117. Tab. VII. n. 64.



Tab.  
XXXIX.

XLII.

ALBERTO ET ISABEL. *la* ARCHIDUCIBUS AVST. *ria* STAT. *us* AVST. *riaci* HOMAG. *ium* PRÆST. *iterunt* 10. SEPT. *embris*. Capita iugata ALBERTI & ISABELLÆ pectore tenus: ille armatus cum ordinis aurei velleris insigni comparet, hæc stolata videtur: urerque collare, pro more eius sæculi, gestat.

In postica aquila coronata, versus coronam Imperialem, sceptrum gladiumque decussatos, in regione quadam iacentes, volitat: minitante sibi ex altero latere turbida tempestate, ex altero autem sole, radios in eam effundente. Additur in peripheria lemma: PREMOR. NON. OPPRIMOR. MDCXIX.

a Cum post mortem MATTHIÆ Cæsaris amplissima terrarum Austriacarum hereditas ALBERTO accederet: illas FERDINANDO, suo ex patruo nepoti, anno 1619. die 2. Febr. gubernandas (a) commisit, ea quidem auctoritate, ut, si res ita exigeret, suo, id est ALBERTI nomine, sacramentum fidelitatis ab Austriacis reciperet, id quod eodem adhuc anno x. Septemb. uti in nummo notatur, factum est. At ALBERTUS nolens relinquere Belgium suum, eidem postea omnia in Austriam iura lubens cessit (b). *V. L. cit. Tom. II. p. 119.*

XLIII.

Anterior, seu averfa potius pars sceptrum exhibet, super

(a) Merc. Franc. 1629. T. VI. p. 3.  
(b) KHEVENHÜLLER Annal. FERD. T. IX. col. 671. seqq.

ægide, PALLADIS scuto, <sup>PO-PROLES</sup> fitum, tute natanti inter flu. <sup>PHILIP-PI II.</sup> ctus maris, procellis agitati. In peripheria legitur hemistichium ex HORATIO (c) desumptum: <sup>c</sup> ADVERSIS. IMMERSABILIS. VNDIS.

Posterior pars cum num. XXIX. congruit, additur tamen hic nota chronologica: 1619.

Monstrat calculus animi magnitudinem firmitatemque, tum maxime ab ALBERTO ostensam, cum Augustissimam Domum suam Austriacam maximarum adversitatum procellis agitatam videns, de ea tamen haudquam desperabat. Defecerant *Bohemi, Silesii, & Lusati* cum *Moravis*. BETHLENIUS quoque *Hungaros* a FERDINANDO avertebat (d): nec tamen <sup>d</sup> animus despondebat ALBERTUS, quin potius missis BUQUOIO cum præstantissimis copiarum suarum, atque MAXIMILIANO Bavariæ Duce auxilium ferente, omnes difficultates brevi superatas vidit, ut animo præfagebat. *Ibid. p. 122.*

XLIV.

ALBERTVS. ET. ELISABET. *ha* DEI. GRATIA. 1619. Capita iugata fere ut num. XLII. Sequitur

In averfa continuatio tituli: ARCHID. *uces* AVST. *ria* DVCES. BVRG. *undia* ꝛꝛ Scutum Archiducum, corona regia tectum, & a duobus leonibus, *Brabantinis* scilicet, sustentatum: sub eo unicum e torque aurei velleris ignitabulum cernitur, a quo

A a 3 pendet

(c) Epist. lib. I. epist. 11. 22.  
(d) Vid. KHEVENHÜLLER loc. cit. ad ann. 1619.



PROLES PHILIPPI II. pendet ipsum vellus. KOEHL. *P. VIII. p. 393.*

## XLV.

ALBERTVS. ET. ISABELLA. D. *ei G. ratia.* Capita iugata fere ut num. XLII.

In postica ancora visitur, ac supra eam fulmen transversum, adiecta perigraphæ: MODERATIO. 1620. Ancora *Spei* symbolum est, fulmen strenui Belliducis. VIRGILIUS de AUGUSTO: *Cesar dum magnus ad altum*

a *Fulminat Euphraten* (a) & SILIUS *Italicus* de HANNIBALE: *Et fulmen subitum Chartaginis*

b *Hannibal adsit* (b).

Designatur hoc emblemate peritissimus bellidux SPINOLA, qui hoc anno cum ingenti exercitu in auxilium FERDINANDI Imp. missus, atque magna celeritate usus, brevi temporis spatio quadraginta urbes & arces, & quod c *excedit*, cum cepisset (c), spem, de se conceptam, feliciter adimplevit, magnamque laudem etiam inde adeptus est, quod erga captivos, maxime foederati Belgii, *moderatione* & lenitate usus sit. Quod cum in Archiduces quoque redundaret, hic calculus eorundem honoribus datus est. *V. L. T. II. p. 130.*

## XLVI.

ALBERTVS. EL. ELISABET. *ha DEI. GRATIA.* Capita Archiducum aduersa, ad medium pectus. ALBERTUS armatus, aurei velleris insigni conspicuus, & pileo Archiducali, ut videtur,

(a) IV. Georg. v. 842. Vid. etiam VI. *Aeneid.* v. 843.

(b) *Punicor. lib. xvii. 549.*

tectus. ELISABETHA coronam apertam, sex foliorum, gestat, ac insuper torque insignis est.

Tab. XXXIX.

In postica continuantur tituli: ARCH. *iduces AVST. riae DV. CES. BVRG. undie DOM. ini TOR. naci.* Scutum Archiducum, torque aurei velleris circumdatum, corona aperta tectum. Nummus inter usuales adnumerandus.

Similem plane eiusdemque ponderis reperi in museo BUOLIANO, qui in epigraphæ averfæ partis loco *Domini Tornaci*, adscripta habet hæc verba: ET BRAB. *antia z. M. Imp. & Buol. aur. pond. 2. duc.*

## XLVII.

ISABELLA CLARA EVGENIA HISP. *anie* INFANS. Protome ELISABETHÆ, veste religiosa Sanctimonialium S. FRANCISCI induta.

In postica fama alata, superne hominis figura, sed desinens in aquilam, quatuor ventis cardinalibus exposita, tubam ori admovet, ex qua prodit scheda, hæc referens: CLARA VBIQVE, quibus verbis ad ISABELLÆ secundum nomen adducitur. Sed & sinistra manu tubam fama tenet.

Vix decesserat anno 1621. die XIII. Iulii ALBERTUS charissimus ISABELLÆ maritus, cum hæc, nuntio omni vanitati misso, accisis crinibus, religiosæ habitum assumeret, immo anno sequenti, publice se Ordini Tertio S. FRANCISCI consecraret, quam ipsius virtutem fama

(c) KHEVENHÜLLER loc. cit. col. 1147. seq. & 1157. seqq. Et Merc. Franc. 1620. T. VI. p. 400.



Tab.  
XXXIX.

fama per quatuor orbis cardines  
annunciat. *M. Imp. ar. pond.*  
*femunc. 2. drach. fus. V. L. T.*  
*II. pag. 136.*

typum damus. *V. L. T. II.* PROLES  
PHILIP.  
PI II.  
*pag. 140.*

XLIX.

XLVIII.

Manus e nubibus protensa  
gladium tenet, olivæ ramo cir-  
cumligatum, adiecta in proxi-  
ma scheda inscriptione, seu  
hemistichio: PVLCHRVM. CLA-  
RESCERE. VTROQVE. *Pacis* ni-  
mirum non minus, quam *belli*  
artibus, id quod noster pro  
symbolo usurpabat. In margi-  
ne vero hæc perigraphæ legitur:  
AVGVSTO. FVNERI. ALB:erti PII.  
BELG: arum PRINC: ipis VMBRA-  
CVLVM. TVLIT. SENAT. vs BRVX:  
*ellensis.*

Aversa feretrum ALBERTI  
monstrat sub umbraculo, a Se-  
natu Bruxellensi gestatum. In  
exergo annus & dies sepulturæ:  
M. D. C. XXII. XII. MARTI. i ad-  
scribitur.

Iuxta hoc anno ISABELLA per-  
solvenda ALBERTO curavit, e-  
umque pro dignitate amplo fu-  
nere extulit; namque omnes  
Clerici, Nobiles, Ministri, ci-  
ves ad cohonestandas exequias  
convenerant. Dom. VAN LOON  
a (a) rem stylis uberioribus ex-  
plicat. Inter alia feretrum por-  
tabatur ab octo Cubiculariis.  
Quatuor panni, quo tectum  
erat, anguli a totidem teneban-  
tur Nobilibus. Octo Senatores  
Bruxellenses, quos totidem alii  
sublevabant, portarunt umbra-  
culum. Atque horum unus-  
quisque memoriæ causâ num-  
mo donatus fuit, cuius hic

D. iVA ELISABETH. a PHIL. ipp  
II. HISP. aniarum REG. is F. ilia  
CAR. oli V. AVG. usti N. eptis. In  
area a dextris adscriptum est  
nomen sculptoris: MONTFORT.  
F. ecit. Protome ELISABETHÆ  
ut num. XLVII.

CIQIOLXVI. AETERNITATI.  
AVGVSTAE. CIQIQCXXXIII. Ea-  
dem ELISABETHA sphaeræ insi-  
dens, nubes sub pedibus ha-  
bens, quasi super terram ad fi-  
dera evecta: propter eam pavo  
consistit.

Sunt hæc consecrationis em-  
blemata ex nummis antiquis  
Augustarum, FAUSTINÆ *Iunio-*  
*ris* præsertim, mutuata (b). b  
Ex duabus adscriptis epochis  
altera nativitatis, altera mortis  
est. *M. Imp. ar. fus. 1. unc. 1. dr.*  
*M. S. B. a. V. L. l. c. p. 213.*

MONETÆ  
ET

CALCULI RELIQUI.

L.

ALBERT. ET. ISAB. elle PAR.  
L. a GRACE. DE. DIEV. Capita  
Archiducum adversa ut num.  
XXIV.

GECT. oirs DV. BVREAV. DES.  
FINANCES. 1600. Dextræ ala-  
tæ iunctæque tres aristas com-  
plectentes, scripto desuper per  
transversum titulo: AVSPICE  
CHRISTO.

Hic calculus, Antverpiæ cu-  
sus, spem exprimit, fore, ut  
con-

pag. 515. ad Tab. CV.

(a) loc. cit. pag. 139. -- 142.

(b) Vid. OISEL. comment. ad num. sel.



PROLES  
PHILIP-  
PI II.

concordia inter Archiduces & foederatos Ordines celeriter restituta, commercia, belli diuturnitate pessumdata, atque adeo abundantia rerum, humano generi necessariarum, reducatur. *V. L. T. I. p. 531.*

## L I.

ALBERTVS ET ELISABET. *ha DEI. GRATIA.* Capita Archiducum aduersa. Superius corona imminet, & infra numerus anni 1601. adscribitur.

In auersa continuantur tituli: ARCHIDUCES. AVST. *ria* DUCES. BVRG. *undia* BRAB. *antia* z. CRUX *Burgundica*, in cuius superiori angulo corona, in inferiori numerus denarius: x cernitur, qui sine dubio pretium monetæ indicat. *M. Imp. ar. pond. sesquidrach.*

## L II.

TANDEM. INHERET. SPINVLIS. 1604. Cancer vepreto inherens, supra illud duæ coronæ seu pilei Archiducuales visuntur.

*G. estoirs p. our L. a* CHAM. *bre* DES COMP. *tes* EN. PRA. *bant.* Scutum Archiducum coronatum.

Cancer *Ostendam*, Clar. VAN LOONIO teste, denuo significat; quæ cum in quartum annum obsessa, per *Ambrosium* SPINOLAM capta hoc anno fuerit, *tandem spinulis* dicitur inherere. *V. L. T. II. p. 18.*

## L III.

Aduersa siglas: Æ sub pileo Archiducali exhibet, adiecta perigraphæ: ALBERTVS. ET. E-

LISABET. *ha d. ei G. ratia*, quam pars Tab. XXXIX.

Auersa sic prosequitur: ARCH. *iduces* AVST. *ria* DUC. *es* BVRG. *undia* ET BRA. *bantia.* Scutum, pileo Archiducali tectum, & super cruce *Burgundica* positum, tesseras *Austriæ* & *Burgundiæ* continens, addito hinc inde numero anni 1607. Moneta cuprea quæ Brabantinis debetur. *M. Imp. a.*

## L IV.

Aduersa, quæ a chalcographo male collocata est, cum ea, quæ num. xxxi. describitur, convenit.

Auersa coronam fistit apertam, radiis illustratam, alternis oculis auribusque, in orbem dispositis, cincta, addita perigraphæ: SERVAT. VIGILANTIA. REGNA. 1609.

Laudat hic calculus vigilantiam Archiducum, quam & cessante bello, post XII. annorum inducias, cum Batavis factas, monstrarunt, obeundo regiones, urbes munitas lustrando, & si opus esset, magis muniendo, rebus ararii consulendo; cavendo denique, ne quid res sacræ damni paterentur. *V. L. T. II. p. 57.*

Idem auctor binos alios cum hac eadem auersa calculos exhibet, quorum, cum aduersæ partes iam in præcedentibus occurrant, ab eorum delineatione consulto abstinuimus. Prior enim scutum Archiducum, quomodo num. XXIX. depingitur, repræsentat, addita duntaxat alia perigraphæ: CALC. *uli* RATI.

*onum*



Tab. XXXIX.

*onum* FINANCIAR. *um*. Posterior adversæ parti, num. XXVII. descriptæ, respondet.

L V.

NVLLVM. NVMEN. ABEST. SI. *adsit*. PRVDENTIA. Leo, cuius tergori sceptrum, serpente circumvolutum, & luce cœlesti collustratum, inhæret. In exergo annus epochæ Christianæ: 1612.

G. *écloirs* P. *our* L. *a* CHAM. *bre* DES. COMP. *tes* EN. BRA. *bant*. Scutum Archiducibus solemne.

a Putat Dom. VAN LOON (a), prædicari hoc calculo eximiam plane & singularem Archiduci prudentiam, cui Imperator scilicet proscriptionis executionem adversus Protestantes Aquisgranenses commiserit. Sed qualem hic tandem sapientiam cernas, ubi vis necessaria fuit? Si res sine armis acta, si mitigati animi exacerbati, si amicitia inter diversas factiones restituta fuisset: tum vero prudentissime actum dicerem. Sic vero a Brabantinis generatim ALBERTI prudentiam collaudari arbitror. *Ib. p. 79.*

LVI.

ALBERTVS. ET. ISABELLA. D: *ei* G. *ratia* 1616. Effigies Archiducum ut num. XXI.

b In postica PALLAS armata stans in bivio, quod in duas vias, at valde curvas, abit, addito in peripheria hemistichio ex Ovidio (b) desumpto: INVIA. NVLLA. VIA.

Docet calculus, *virtuti & sapientia* nulla loca avia esse, aut inaccessa; sed eam omnes via-

TOM. H. P. I.

(a) loc. cit. pag. 79.

rum difficultates vincere scire. PROLES PHILIPPI II. *Ib. p. 97.*

L VII.

CERTVS. VIARVM. EXITVS. RATIO. Frenum equi lupatum. In area hinc inde numerus anni 1616.

G. *écloirs* P. *our* L. *a* CHAM. *bre* DES. COMP. *tes* EN. BRA. *bant*. Scutum Archiducum coronatum, ut solet.

Præclare tribuit rationi hic calculus, quod est scilicet tribuendum; & monet, eam ducem, si quis sequi velit, hunc demum ad felicem exitum pervenire. Eam enim frenum esse, quod cupiditates cohibeat, affectusque moderetur. *Ibid.*

L VII. b.

Pene exciderat calculus apud Cl. D. VAN LOON, infra pro more citandum, delineatus. Antica pars effigies Archiducum iugatas pectoretenus exhibet, suspensa super eodem corona, seu pileo Archiducali. ALBERTUS capite nudus, collare pro more eius sæculi, nec non togam & patagium ex pellibus fabellinis, unacum tessera ordinis aurei velleris gestat. ISABELLA simili collari instructa, ac pulchre compta, tunica item pellicea induta videtur. Additur perigraphæ: SERVANDA. DVCIBVS. & in segmento: CALCULUS ORD. *inum* BRAB. *antie* CIO. IO. CXIV.

Postica scutum præbet *Brabantinum*, pedo pastorali & vexillo decussatis, atque infula & galea exornatis, appensum, Cleri videlicet & Nobilitatis

B b

emble-

(b) Metam. XIV. v. 113.



PROLES  
PHILIP-  
PI II.

emblemata. Circum illud qua-  
tuor parmulae minores, totidem  
urbium primariarum eiusdem  
provinciae insignia referentes,  
collocatae sunt: *Lovanii* scilicet,  
*Bruxellarum*, *Antverpia*, & *Syl-  
va Ducis*. Perigraphae sic ha-  
bet: CONCORS. VERA. FIDES.

Adluditur hoc nummo, ex  
mente laudati Auctoris, ad fi-  
duciam, quam Catholici Belgae,  
visa *Ambrosii SPINOLAE*, supre-  
mi copiarum Hispanicarum Du-  
cis, cum bellica peritia, tum  
fortuna, fore, ut Foederati,  
exeunte aliquando induciarum  
tempore, eiusdem Ducis virtu-  
te ad obsequium Regis Hispaniae  
atque obedientiam, postliminio  
reducantur. Laetabant praeter-  
ea hanc spem dissidia, circa fidei  
dogmata inter Protestantes Bel-  
gas exorta, quae non solum no-  
vae Reipublicae fundamenta, a-  
lias adhuc satis infirma, concutie-  
bant, sed & ut manifestum fal-  
sae Religionis, nuper introductae,  
quae nempe talia excitaverat,

argumentum considerabatur. *Ib.*  
*p. 92.*

Tab.  
XXXIX.

CATHARINA PHILIPPI II.  
HISP. REGIS FILIA,  
EMANUELIS, DUCIS SABAUDIÆ,  
UXOR.

LVIII.


CATERINA. INFANS. ISPA. *nie*  
DV. x SAB. *audie*. Protome CA-  
THARINÆ eximio ornatu conspi-  
cua, a dextris sinistrorsum.

CAROLVS. EMAN. *uel* DVX.  
SABAVDIE. Protome Ducis e-  
leganter itidem ornati, capite  
nudo, dextrorsum converso.

Fortasse hic ipse nummus in  
nuptiarum honorem fuit per-  
cussus. *M. Imp. ar. pond. sem-  
unc. 1. drach.*

LIX.

Nihil hic nummus a prioris  
adversa, nisi orbibus HERÆO,  
ex cuius tabulis eductus est,  
solemnibus, differt. Adde,  
quod averfa careat. *T. H.*



## PHILIPPUS III. REX HISPANIÆ.

BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.



PHILIPPUS III. PHILIPPI II. Hispaniae Regis filius,  
anno 1578. XIV. Aprilis ex ANNA *Austriaca* natus,  
sexennis Princeps & heres Monarchiae Hispanicae de-  
claratus fuit (1.).

Tab. XL.  
seq.

Patre anno 1598. vivis exempto, regimen adiens, ma-  
gnam populo de se spem praebuit (2. 3.) atque anno insequenti  
nuptias cum MARGARETHA, CAROLI Archiducis Austriae filia,  
*Valentia* celebravit (4-7.).

Bellum cum Foederatis Belgis, a patre diu gestum, conti-  
nuavit,



11  
12  
13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42